

/ Perillustris et R<sup>me</sup> Domine. Literae Amplitudinis vestrae redi-  
 ditae mihi sunt, cum ex Urbe ad ecclesiam meam proficiscerer: pla-  
 cuit enim Deo per Vicarium suum Romanum Pontificem vocare me ad  
 regimen ecclesiae archiepiscopalnis Capuanae. Et quoniam ego satis  
 5 novi, et alios non semel admonui, quam severè in sacris canonibus  
 residentia ab episcopis exigatur, cum primum de manu summi Ponti-  
 ficiis consecrationem, et pallium accepi, iter ad ecclesiam mihi com-  
 missam arripui. Haec causa fuit, cur negotium R<sup>mae</sup> D. V., et Socie-  
 tatis Jesu apud Sedem Apostolicam promovere non potuerim; quod  
 10 certè, si per ocium licuisset, totis viribus complexus essem, tum  
 ut D. V. R<sup>mae</sup> rem gratam facerem, tum ut Societati Jesu, cui pluri-  
 mum debo, operam meam praestarem. Spero summum Pontificem, etiam  
 sine mea intercessione, tam prudenti, et pio desiderio Amplitudinis  
 vestrae non defuturum. Valeat R<sup>ma</sup> D. V. mei memor in sanctis prec-  
 15 cibus suis. Capuae die 7 Maii 1602.

Episcopus Wladislaviensis.

[ F. B. 15, f.111. Brouillon autogr. Fuligatti, Epp.famil.XXIV;  
 Couderc, t.I, p.368, quelques lignes trad. ]

Capua

10 mai 1602

Bellarmino Carli Sangiorgio

Scribit se cum bene salute Capuanus venisse

Arch. Zosia Pamphilij

Archivio cod. 197 fol. 3<sup>2</sup>

Digitized by Google